

Textabdruck D O. III. 119

Otto III. gibt der Trierer Kirche die Abtei des hl. Servatius in Maastricht zurück, die ihr auf den ruchlosen Rat böser Menschen von Otto I. durch Tausch entfremdet worden war.

Ingelheim, 993 April 18

Originalfragment im LHA Koblenz, Best. 1 A Nr. 11620 (A) – Abschrift 12. Jh. im Rommersdorfer Chartular ebd., Best. 701 A VII 1 Nr. 124, S. 88-89 (C) – Abschrift 14. Jh. im Balduineum ebd., Best. 1C Nr. 3, fol. 93v-94r (D).

Die linke Hälfte des Originals fehlt, die rechte ist stark zerstört und teilweise unleserlich. Der Textverlust wird ergänzt nach CD (unter Beibehaltung von e und ti). Der aus den Vorurkunden D Arn. 53 (I) und D O. I. 72 (II) übernommene Text ist Petit gesetzt.

¶In nomine sancte et individuę trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Omnia fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum piae devotioni pateat, qualiter vir venerabilis Egbertus sanctae Treuerensis ecclesie archiepiscopus ad nos venit secum deferens preceptum predecessoris nostri Arnulfi regis, in quo co[n]tinebatur, quomodo ipse pro remedio animarum ¹(I) bone memorie avi sui Ludouici regis necnon et Carlomanni genitoris eius patruorumque [Suorum, Ludouici^b videlicet et Caroli^c christianissimorum regum, quandam suam abbatiam in honore sancti Servatii confessoris Christi in loco Traiecto vocato constructam, iuxta fluvium Mosa dictum sitam, ad ecclesiam sancti Petri principis apostolorum in sancta civitate Treueris [edificatam^d sua preceptione cum omnibus appendicis ad eandem abbatiam rite pertinentibus donavit et tradidit] aliique successores eius prefati scilicet regis suis preceptionibus id ipsum confirmaverunt; similiter etiam avus noster Otto imperator augustus [per suam preceptionem, ut in ea scriptum invenitur, ¹(II) prelibatam abbatiam * eidem ecclesie Treuerensi c[on]summata] omnibus utensilibus illuc aspicientibus innovando donationes predecessorum suorum, regum videlicet Arnulfi, Zuuindebulchi, Ludouici et Caroli, [ad integrum corroboravit. Sed postea malorum hominum consultu nefario facto donationes et confirmationes predictorum regum] suamque ipsius, pro dolor, corroborationem commutatione nulli probabili viro tunc vel nunc placita adnullavit ipsius iamdicta Treuerensis ecclesie abbatiam Horrea^g dictam, quasi sua propria esset, in concambium^h preceptionis sue auctoritate dando pro abbatia] Traiectensi, que a] tot regibus, ut prelibatum est, tradita et confirmata est. Pro hoc facto nefando nobis et [aliis fidelibus nostris omnibus qui aderant maioribus et minoribus inaudito prefatus archiepiscopus Egbertusⁱ flexis genibus et voce lacrimabili nostram clementiam precatus est, ut pro redemptione anime ipsius iamdicti avi nostri, qui eandem Traiectensem abbatiam a iure sancti Petri transtulit, et pro remedio animarum^j beate memorie eius equivoci genitoris nostri^k imperatoris augusti nostrae genitricis Th[eo]phan[ie] imperatricis auguste Treuerensi ecclesie ablatam abbatiam [nov]o nostrę celsitudinis donativo redderemus et restitueremus. Nos vero divini timoris et amoris intuitu, simul etiam omnium fidelium nostrorum consultu, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum et comitum piis eius petitionibus assensum preben[tes] hac^m regia nostrę maiestatis etⁿ potestatis munificentia sancte Treuerensi ecclesie et predicto Egberto o[ste] archiepiscopo, qui ei presidet, quod incaute contra eum factum est, satisfecimus, denuo ei dantes et reddentes ac [re]stituentes suprascriptam abbatiam * cum omnibus utensilibus^p ad eam iuste aspicientibus et hoc nostro regio precepto ad integrum confirmantes, ita ut nec regali potentia nec alterius personae presumptione] a sancto Petro et eius ecclesia [Treueris^q constructa] nisi sub anath[emate] deinceps [avelli possit vel auferri. ¹(I) Et ut h[ec] nostrę donationis, restitutionis et confirmationis auctoritas presenti ac futuro tempore inviolabilis persever]et, hoc regie magnitudinis nostrę preceptum inde conscriptum manuque propria, [ut infra videtur, corroboratum sigilli nostri impressione signare iussimus signavimus^r]]

[Signum domni Ottonis gloriosissimi regis.]

[Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovi].

(SI. D.)

[Data] XIII. kl. maii, anno dominicae incarnationis DCCCCXCVII, indictione VI, anno
autem
tertii Ottonis regnantis decimo. Actum Ingilenheim, feliciter, amen.

a Treuirensis *C*

b Ludewici *C*, Ludowici *D*

c Karoli *CD*

d edificata *D*

e Treuirensi *C*

f folgt nach ipius *D*

g Orrea *D*

h concambius *C*

i Ecgebertus *C*

j anim mit folgender Rasur *C*

k eius *D*

l Theophanii *C*

m ac *C*

n fehlt *C*

o fehlt *C*, Punkte *D*

p utensibus *C*

q Treueri *C*

r signavimus *D*